

## TEXTOS

SANCTI THOMAE AQUINATIS

### TRACTATUS DE UNITATE INTELLECTUS CONTRA AVERROISTAS

CAPITULUM III. — [§§ 60-85. *Rationibus probatur intellectum esse potentiam animae quae est forma corporis*]

[§§ 60-62. *Ratio Aristotelis, quod anima est id quo primo intelligimus*]

[60] Ostenso igitur ex verbis Aristotelis et aliorum sequentium ipsum, quod intellectus est potentia animae quae  
45 est corporis forma, licet ipsa potentia, quae est intellectus, non sit alicuius organi actus, « quia nihil ipsius operationi communicat corporalis operatio », ut Aristoteles dicit [De Gen. Anim. II, 3, 736 b 28-29]; inquirendum est per rationes quid circa hoc sentire sit necesse. Et quia, secundum doctrinam Aristotelis, oportet ex actibus principia actuum considerare, ex ipso actu proprio intellectus qui est intelligere  
50 primo hoc considerandum videtur.

[61] In quo nullam firmiorem rationem habere possumus ea quam Aristoteles ponit, et sic argumentatur [De An. II, 2, 414 a 12-14]. « Anima est primum quo vivimus et intelligimus ergo est ratio quaedam et species » corporis<sup>54</sup>. Et adeo huic rationi innititur, quod eam dicit esse demonstrationem; nam in principio capituli sic dicit [2, 413 a 13-16]: « Non solum quod quid est oportet definitivam rationem ostendere, sicut plures terminorum dicunt,  
60 sed et causam inesse et demonstrare »; et ponit exemplum: sicut demonstratur quid est tetragonismus, i. e. quadratum, per inventionem mediae lineae proportionalis.

<sup>54</sup> Es decir, que « el alma es una substancia, que es forma, que da a cada cosa su propia diferenciación » (anima est substantia, quae est forma, a qua accipitur ratio rei). S. T., *De Anima*, II, lec. II.

STO. TOMÁS DE AQUINO

### LA UNIDAD DEL ENTENDIMIENTO CONTRA LOS AVERROISTAS \*

#### CAPÍTULO III

*Pruébase con razones que el entendimiento es potencia del alma, la cual es forma del cuerpo.*

*Argumento de Aristóteles: el alma es el primer principio, por el que entendemos.*

[60] Una vez demostrado, tanto con textos de ARISTÓTELES como con los de otros que le han seguido, que el entendimiento es potencia del alma, que es la forma del cuerpo, aunque esta potencia, o sea el entendimiento, no es acto de órgano alguno, « porque la operación del cuerpo, como dice ARISTÓTELES, nada comunica a la operación de aquélla »; hemos de examinar ahora con razones, qué es lo que hay que sentir en esta cuestión. Y cómo, según la doctrina de ARISTÓTELES, para venir en conocimiento de los principios [o potencias] de los actos, hemos de partir de los mismos actos, empezaremos nuestro examen por el acto propio del entendimiento que es entender.

[61] En esto ninguna razón más poderosa podemos tener que la que ARISTÓTELES propone argumentando así: « Alma es el primer principio por el cual vivimos y entendemos; por tanto es como una cierta razón [manera de ser propia] y como la especie » de un cierto cuerpo<sup>54</sup>. E insiste tanto en esta razón, que llega a decir que es una demostración, pues en el principio del capítulo se expresa así: « La definición ha de mostrar no sólo la esencia de la cosa, como muchos dialécticos dicen, sino también incluir y señalar su causa »; y pone por ejemplo la demostración de la cuadratura por la determinación de la línea media proporcional.

\* Véase el texto de los capítulos I y II en CIENCIA Y FE, 1 (1944) 116-127, 2 (1944) 126-139 y 3 (1944) 96-133.

[62] Virtus autem huius demonstrationis et insolubili-  
 65 tas apparet, quia quicumque ab hac via divertere voluerint,  
 necesse habent inconveniens dicere. Manifestum est enim  
 quod hic homo singularis intelligit: nunquam enim de  
 intellectu quaeremus, nisi intelligeremus; nec cum quaeri-  
 mus de intellectu, de alio principio quaerimus, quam de  
 70 eo quo nos intelligimus. Unde et Aristoteles dicit [III, 4,  
 429 a 23]: « Dico autem intellectum quo intelligit anima ».  
 Concludit autem sic Aristoteles: quod si aliquid est primum  
 principium quo intelligimus, oportet illud esse formam  
 corporis; quia ipse prius manifestavit, quod illud quod pri-  
 75 mo aliquid operatur, est forma. Et patet hoc per rationem,  
 quia unumquodque agit in quantum est actu; est autem  
 unumquoque actu per formam<sup>55</sup>; unde oportet illud, quo  
 primo aliquid agit, esse formam.

[§§ 63-66. *Explicatio Averrois improbat*]

[63] Si autem dicas quod principium huius actus, qui  
 80 est intelligere, quod nominamus intellectum, non sit forma,  
 oportet te invenire modum quo actio illius principii sit actio  
 huius hominis. Quod diversimode quidam conati sunt di-  
 cere. Quorum unus, AVERROES, ponens huiusmodi principium  
 intelligendi quod dicitur intellectus possibilis, non esse ani-  
 85 mam nec partem animae, nisi aequivoce, sed potius quod  
 sit substantia quaedam separata, dixit quod intelligere illius  
 substantiae separatae est intelligere mei vel illius, in quan-  
 tum intellectus ille possibilis copulatur mihi vel tibi per  
 phantasmata quae sunt in me et in te. Quod sic fieri dice-  
 90 bat. Species enim intelligibilis, quae fit unum cum intellectu  
 possibili, cum sit forma et actus eius, habet duo subiecta:

<sup>55</sup> « La razón de esto es, porque nada obra, sino en cuanto está en acto; de aquí que aquello por lo que algo está en acto, es por lo que obra; y es evidente, que lo primero con que el cuerpo vive es el alma. Y puesto que la vida se manifiesta por sus diversas operaciones en los diversos grados de vivientes, aquello con que primero obramos cada una de dichas obras vitales es el alma. Porque el alma es lo primero con que vegetamos, sentimos y nos movemos localmente, e igualmente, con que pri-

[62] Y la fuerza de esta demostración y su insolubilidad se manifiesta claramente del hecho de que los que quieren apartarse de este camino necesariamente han de decir algo falso. Porque es cosa evidente, que este hombre determinado entiende, pues nunca hubiéramos tenido problemas sobre el entendimiento si no entendiésemos; ni cuando investigamos sobre el entendimiento investigamos sobre algún principio distinto de aquél con que entendemos. Por eso dijo ARISTÓTELES: « Llamo entendimiento aquello con que el alma entiende ». Y raciocina así: Si hay algún primer principio con que entendamos, necesariamente ha de ser forma del cuerpo; porque, como antes ha demostrado, el primer principio, por el que todo ser obra, es la forma. Y esto pónelo en evidencia el razonamiento que cada ser obra en cuanto está en acto, y cada ser está en acto por su forma<sup>55</sup>, por consiguiente, aquello por lo que primariamente el ser obra, ha de ser la forma.

*Se rechaza la explicación de Averroes.*

[63] Y si alguno dice, que no es forma el principio de ese acto particular, o sea el entender, que llamamos entendimiento, tiene que mostrarnos el modo, cómo la acción de este principio es acción de este hombre determinado. Han tratado de explicar esto de diversas maneras. Uno, AVERROES, después de afirmar, que ese principio del entender llamado entendimiento posible, no es el alma o parte del alma, si no equívocamente, y que más bien es una substancia separada, dijo que el entender de esa substancia separada es el entender mío o el de otro, según que el entendimiento posible se una a mí o a tí por las imágenes o representaciones que están en mí o en tí. Lo cual, según él, sería de esta manera: La especie inteligible que se unifica con el entendimiento posible, ya que es su forma y su acto, tienen dos sujetos: uno, las mismas imágenes; otro, el enten-

mero entendemos; así, pues, este principio con que primero entendemos, ya se llame entendimiento, ya alma intelectual, es forma del cuerpo; y esta es la demostración de Aristóteles, 2 *Del alma*, text. 24». ST, *Sum. Theol.*, I, 76, 1, c.

Que toda forma, así substancial como accidental, es acto, y coloca al sujeto *en acto*, véase en *Sum. Th.*, I, q. 66, 1, 2; q. 76, 4, c; q. 77, 6, c.

unum ipsa phantasmata, aliud intellectum possibilem. Sic ergo intellectus possibilis continuatur nobiscum per formam suam mediantibus phantasmatis; et sic, dum intellectus possibilis intelligit, hic homo intelligit<sup>56</sup>.

[64] Quod autem hoc nihil sit, patet tripliciter. Primo quidem, quia sic continuatio intellectus ad hominem non esset secundum primam eius generationem, ut Theophrastus dicit et Aristoteles innuit in II Phys., ubi dicit quod terminus naturalis considerationis de formis est ad formam, secundum quam [2, 194 b 9-13] homo generatur ab homine et a sole. Manifestum est autem quod terminus considerationis naturalis est in intellectu. Secundum autem dictum Averrois, intellectus non continuaretur homini secundum suam generationem, sed secundum operationem sensus, in quantum est sentiens in actu. Phantasia enim « est motus a sensu secundum actum », ut dicitur in libro [III, 3, 429 a 1-2] De Anima.

[65] Secundo vero, quia ista coniunctio non esset secundum aliquid unum, sed secundum diversa. Manifestum est enim quod species intelligibilis, secundum quod est in phantasmatis, est intellecta in potentia; in intellectu autem possibili est secundum quod est intellecta in actu, abstracta a phantasmatis. Si ergo species intelligibilis non est forma intellectus possibilis nisi secundum quod est abstracta a phantasmatis, sequitur quod per speciem intelligibilem non continuatur phantasmatis, sed magis ab eis est separatus. Nisi forte dicatur quod intellectus possibilis conti-

<sup>100</sup> naturalis om.; intellectus.

<sup>56</sup> Es cosa difícil puntualizar el pensamiento de Averroes acerca del entendimiento posible.

Parece que, según él, dicho entendimiento, aunque separado en su ser, se une a cada hombre al aprehender la especie inteligible contenida en cada uno de los fantasmas. Así quería explicar la diversidad numérica de los conocimientos de uno y otro hombre acerca del mismo objeto, ya que los fantasmas de uno y otro eran numéricamente diversos, como el que cada hombre entienda por un acto propio. Santo Tomás explota ampliamente la debilidad de esta posición averroísta.

Siger de B. no la admite, sino que la rechaza con los mismos argumentos de Sto. Tomás; pero la expone así: « A lo segundo dice el comentador (Del alma III, 5) que porque los fantasmas son diversos en mi

dimiento posible. Así, pues, el entendimiento posible se continúa con nosotros por su forma mediante las imágenes, y de este modo, cuando el entendimiento posible entiende, este hombre determinado entiende<sup>56</sup>.

[64] De tres maneras se prueba, que nada de eso sucede. En primer lugar, porque así la continuación [= comunicación] del entendimiento en el hombre no tendría lugar en su primera generación, como lo dice Teofrasto y parece significarlo ARISTÓTELES en el libro 2.º de la Física, donde dice que el término de la consideración natural de las formas es llegar a la forma, conforme a la cual el hombre es generado por el hombre y por el sol. Bien claro es, por otra parte, que el término de la consideración natural está en el entendimiento. Conforme a la opinión de Averroes, en cambio, el entendimiento no pasa al hombre en sentido, en cuanto es algo que actualmente siente. La razón es, porque la fantasía es un movimiento producido por el sentido puesto en acto, como está claro en el libro 3.º Sobre el Alma<sup>57</sup>.

[65] En segundo lugar, porque tal unión no se haría para constituir algo uno, sino cosas diversas. Porque es evidente que la especie inteligible mientras está en las imágenes sensitivas está en potencia para ser entendida; en el entendimiento posible, en cambio, sólo puede estar en cuanto es entendida en acto, abstraída de las imágenes. Por consiguiente, si la especie inteligible no es forma del entendimiento posible, sino en cuanto abstraída de las imágenes, síguese que por la especie inteligible no se une el entendimiento a las imágenes, sino más bien está separado de ellas. Pudiérase, con todo, decir que el entendimiento posible se une a los fantasmas así como el espejo se une al

y en tí, y el entendimiento se une a nosotros por los fantasmas, por eso es diversa la unión que se opera en mí y en tí; y así se entienden cosas diversas, salvándose la unidad en el entendimiento posible». III, 7. S. T. expone la teoría averroísta en *De spir. creat.*, 2; C. G., II, 59; *Quaest De Anima*, 2; *Sum Th.*, I, q. 76, aa. 1 y 2.

<sup>57</sup> Es decir: El término de la consideración del filósofo-cosmólogo es llegar a la forma por la cual es engendrado el hombre; esa forma es el entendimiento; luego debe darse en el acto de la generación, y no en una operación posterior, cual es la del sentido.

nuatur phantasmatis, sicut speculum continuatur homini  
 20 cuius species resultat in speculo. Talis autem continuatio  
 manifestum est quod non sufficit ad continuationem actus;  
 manifestum est enim quod actio speculi, quae est repraesentare,  
 non propter hoc potest attribui homini: unde nec actio  
 intellectus possibilis propter praedictam copulationem pos-  
 25 set attribui huic homini qui est Socrates, ut hic homo intel-  
 ligeret.

[66] Tertio, quia dato quod una et eadem species nu-  
 mero esset forma intellectus possibilis, et esset simul in  
 phantasmatis; nec adhuc talis copulatio sufficeret ad hoc,  
 30 quod hic homo intelligeret. Manifestum est enim, quod per  
 speciem intelligibilem aliquid intelligitur, sed per potentiam  
 intellectivam aliquid intelligit; sicut etiam per speciem  
 sensibilem aliquid sentitur, per potentiam autem sensi-  
 tivam aliquid sentit. Unde paries, in quo est color, cuius  
 35 species sensibilis in actu est in visu, videtur, non videt;  
 animal autem habens potentiam visivam, in qua est talis  
 species, videt. Talis autem est praedicta copulatio intel-  
 lectus possibilis ad hominem, in quo sunt phantasmata  
 quorum species sunt in intellectu possibili, qualis est co-  
 40 pulatio parietis in quo est color, ad visum in quo est species  
 sui coloris. Sicut igitur paries non videt, sed videtur eius  
 color; ita sequeretur quod homo non intelligeret, sed quod  
 eius phantasmata intelligerentur ab intellectu possibili. Im-  
 possibile est ergo salvari quod hic homo intelligat, secun-  
 45 dum positionem Averrois.

[§§ 67-79. *Non unitur intellectus corpori solummodo ut motor*]

[67] Quidam vero videntes quod secundum viam Ave-  
 rois sustineri non potest quod hic homo intelligat, in aliam  
 diverterunt viam, et dicunt quod intellectus unitur corpori  
 ut motor; et sic, in quantum ex corpore et intellectu fit  
 50 unum, ut ex movente et moto, intellectus est pars hujus ho-  
 minis; et ideo operatio intellectus attribuitur huic homini,  
 sicut operatio oculi, quae est videre, attribuitur huic ho-

32, 34 aliquis.

hombre, cuya figura se produce en el espejo. Pero seme-  
 jante unión aparece sin género de duda insuficiente para  
 la unión del acto; en efecto, es evidente que la acción del  
 espejo, que consiste en representar, no puede por esto [so-  
 lo] atribuírse al hombre; por lo cual debemos reconocer  
 que tampoco la acción del entendimiento posible, en razón  
 de la dicha unión, podría atribuírse a este hombre deter-  
 minado, que es Sócrates, para que este hombre entienda.

[66] En tercer lugar, porque, suponiendo que una mis-  
 ma especie fuera la forma del entendimiento posible, y al  
 mismo tiempo estuviera en los fantasmas, tampoco sería  
 suficiente tal unión, para que determinado hombre enten-  
 diera. Porque es evidente que, por medio de la especie  
 inteligible un ser es entendido, pero por la potencia inte-  
 lectiva un ser entiende; del mismo modo que por la espe-  
 cie sensible se siente una cosa, pero por la potencia senti-  
 tiva un ser siente. Por eso la pared, en la que hay un color,  
 cuya especie está actualmente en la facultad visiva, es vis-  
 ta, pero ella misma no ve; el animal, en cambio, que tiene  
 la potencia visiva en la cual esa especie está, él es el que  
 ve. De la misma manera se da la dicha unión del entendi-  
 miento posible con el hombre, en el que están los fantas-  
 mas, cuyas especies están en el entendimiento posible, co-  
 mo se da la unión entre la pared, en la que está el color, y la  
 facultad visiva, en la que está la especie de su color. Y así  
 como la pared no ve sino que su color se ve, de la misma  
 manera se seguiría que el hombre no entendería, sino que  
 sus fantasmas serían entendidos por el entendimiento po-  
 sible. Luego no es posible asentar, que este hombre entien-  
 de, en la suposición de Averroes.

*El entendimiento no se une al cuerpo sólo como un motor.*

[67] Otros, en cambio, al ver que en la posición de Ave-  
 roes era imposible sostener que tal hombre entiende, to-  
 maron otra posición frente al problema. Para éstos el en-  
 tendimiento se une al cuerpo como un motor, de este mo-  
 do: el entendimiento es parte del hombre en cuanto que  
 de la unión de cuerpo y entendimiento surge un ser que  
 es uno, como son uno el motor y lo movido; y consiguiente-

mini. Quaerendum est autem ab eo qui hoc ponit, primo, quid sit hoc singulare quod est Socrates: utrum Socrates  
 55 sit solus intellectus, qui est motor; aut sit motum ab ipso, quod est corpus animatum anima vegetativa et sensitiva; aut sit compositum ex utroque: Et quantum ex sua positione videtur, hoc tertium accipiet: quod Socrates sit aliquid compositum ex utroque <sup>58</sup>.

60 [68] Procedamus ergo contra eos per rationem Aristotelis en VIII Metaph. [6, 1045 a 8-14]: « Quid est igitur quod facit unum hominem? . . . Omnium enim quae plures partes habent et non sunt quasi coacervatio totum, sed est aliquod totum praeter partes, est aliqua ratio unum essendi: sicut in  
 65 quibusdam tactus, in quibusdam viscositas, au aliquid huiusmodi. . . [Ibid. 20-25] Palam autem quia si sic transformant, ut consueverunt definire et dicere, non contingit reddere et solvere dubitationem. Si autem est ut dicimus: hic quidem materia, illud vero forma, et hoc quidem potestate, illud  
 70 vero actu, non adhuc dubitatio videbitur esse » <sup>59</sup>.

[69] Sed si tu dicas, quod Socrates non est unum quid simpliciter, sed unum quid aggregatione motoris et moti, sequuntur multa inconvenientia. Primo quidem, quia cum  
 75 unumquodque sit similiter unum et ens, sequitur quod Socrates non sit aliquid ens, et quod non sit in specie nec in genere; et ulterius, quod non habeat aliquam actionem, quia actio non est nisi entis. Unde non dicimus quod intelligere nautae sit intelligere huius totius quod est nauta et navis, sed nautae tantum; et similiter intelligere non erit  
 80 actus Socratis, sed intellectus tantum utentis corpore So-

<sup>58</sup> Esta teoría propia de los aristotélicos árabes, en que aplican al entendimiento la teoría platónica del alma como motor del cuerpo, puede verse refutada en la *Summ. Theol.*, I, q. 76, l. c.

<sup>59</sup> Alusión a la teoría de los platónicos, que, admitida la existencia de

mente la operación del entendimiento se atribuye a este hombre, como la operación del ojo, que es ver, se atribuye a este hombre. Pero hay que preguntar al defensor de esta teoría en primer lugar, qué cosa es esto singular que es Sócrates, es decir: ¿Es Sócrates sólo el entendimiento, que es el motor?, o es lo movido por tal motor, esto es, el cuerpo animado por un alma vegetativa y sensitiva? o es el compuesto de ambas cosas? Juzgamos, que, consecuente con su posición, elegirá lo tercero, a saber, que Sócrates es el resultado de uno y otro [motor y movido] <sup>58</sup>.

[68] Contra éstos argüiremos con las razones que trae ARISTÓTELES en el libro 8.º de la *Metafísica*: « ¿Qué es lo que hace que el hombre sea uno? . . . Como quiera que cualquier cosa que consta de varias partes sin ser un mero agregado constituye un todo, pero el todo es algo más que las partes, es una razón de la unión de las partes. Así es cómo en algunos cuerpos el tacto [es la causa o razón de totalidad], en otros la viscosidad, o alguna otra propiedad semejante. . . Por lo tanto, bien claro está que quienes de tal manera cambian [la naturaleza de las partes], según suelen definir y hablar [de ellas], no podrán dar alguno razón ni resolverán la duda. Por el contrario, si es como lo decimos nosotros, a saber, que una cosa es la materia y otra la forma, una la potencia y otra el acto, parece que queda resuelta toda la dificultad » <sup>59</sup>.

[69] Pero, si se llega a decir, que Sócrates no es simplemente uno, sino un uno resultante de la reunión del motor y de lo movido, entonces son muchos los inconvenientes que se siguen. En primer lugar, puesto que cualquier cosa existente es a la vez uno y ser, síguese que Sócrates no es un ser, ni está en especie ni género alguno; además, que carece de toda acción, porque ésta sólo es propia del ser. No por otra razón decimos que el entender del marinero es un entender que pertenece no a ese todo formado por el marinero y su nave, sino al marinero sólo. De la misma

las ideas, no podían explicar la unidad de las cosas, ya que en éstas se realizaban varias ideas a la vez como un agregado. En cambio Aristóteles con su teoría de la materia y la forma, potencia y acto, halla la fórmula de la *unidad* de las cosas.

Sobre la crítica del texto véase Keeler.

cratis. In solo enim toto quod est aliquid unum et ens, actio partis est actio totius; et si quis aliter loquatur, improprie loquitur.

[70] Et si tu dicas, quod hoc modo caelum intelligit  
<sup>85</sup> per motorem suum, est assumptio difficilioris. Per intellectum enim humanum oportet nos devenire ad cognoscendum intellectus superiores, et non e converso. Si vero dicitur quod hoc individuum, quod est Socrates, est corpus animatum anima vegetativa et sensitiva, ut videtur sequi  
<sup>90</sup> secundum eos qui ponunt quod hic homo non constituitur in specie per intellectum, sed per animam sensitivam nobilitatam ex aliqua illustratione seu copulatione intellectus possibilis: tunc intellectus non se habet ad Socratem, nisi sicut movens ad motum. Sed secundum hoc actio intellectus  
<sup>95</sup> quae est intelligere, nullo modo poterit attribui Socrati: quod multipliciter apparet.

[§§ 71-79. *Evolvitur argumentum ex facto quod hic homo intelligit*]

[71] Primo quidem per hoc quod dicit Philosophus in IX Metaph. [8, 1050 a 30-36], quod « quorum diversum erit aliquid praeter usum <sup>60</sup> quod fit, horum actus in facto est, ut aedificatio in aedificato, et contextio in contexto; similiter autem et in aliis, et totaliter motus in moto. Quorum vero non es aliud aliquod opus praeter actionem, in eis existit actio, ut visio in vidente et speculatio in speculante » <sup>61</sup>. Sic  
<sup>5</sup> ergo, etsi intellectus ponatur uniri Socrati ut movens, nihil proficit ad hoc quod intelligere sit in Socrate, nedum quod Socrates intelligat: quia intelligere est actio quae est in intellectu tantum. Ex quo etiam patet falsum esse quod dicunt, quod intellectus non est actus corporis, sed ipsum

<sup>60</sup> Es decir, « fuera de lo que corresponde a su acción ».

<sup>61</sup> Señálase la diferencia entre la perfección o acto que se adquiere

manera, entender sería no un acto de Sócrates, sino sólo del entendimiento que maneja el cuerpo de Sócrates, ya que únicamente en el todo que es uno y ser la acción de una parte puede ser acción del todo; y quien de otro modo se expresa no habla con propiedad.

[70] Y si de aquí se nos arguyera que también el cielo entiende así por su motor, digo que esto sería pasar a una cuestión mucho más difícil y oscura. Lo que hay que hacer es, subir del entendimiento humano al conocimiento de los entendimientos superiores, y no de éstos bajar a determinar el del hombre. Si, a pesar de todo, se llegara a decir, que este individuo, que es Sócrates, es un cuerpo animado de alma vegetativa y sensitiva, como parece seguirse de las doctrinas de los que afirman que este hombre determinado entra a formar parte de la especie no por el entendimiento, sino por el alma sensitiva ennoblecida por una cierta iluminación o unión del entendimiento posible; entonces el entendimiento de Sócrates estaría respecto de él como el motor respecto de lo movido. Ahora bien, en este caso la acción del entendimiento, que es entender, no podría en modo alguno atribuirse a Sócrates, como muchas razones lo ponen de manifiesto.

[71] La primera se saca de lo que dice el Filósofo en el libro 9.º de la *Metafísica*, que « en las cosas en que lo producido sin utilidad [del agente] <sup>60</sup> es cosa distinta, el acto está en la obra, como la edificación en lo edificado y la contextura en lo tejido; lo mismo sucede en lo demás, como el movimiento está totalmente en lo movido. En cambio, si se trata de cosas, en que la obra no es diversa de la acción, entonces la acción está en ellas, como, por ejemplo, la visión está en el que ve, y la especulación en el que especula » <sup>61</sup>. Así, pues, aunque se diga que el entendimiento se une a Sócrates a la manera de un motor, de nada sirve para concluir de ahí que el entender está en Sócrates, y

por la acción de un agente externo, y que resulta de la propia acción y consiste en la misma acción o actividad, como la de las acciones inmanentes, *ver*, *conocer*, etc. Cfr. el *Com.* de ST a este pasaje de la *Metafísica*.

<sup>10</sup> intelligere. Non enim potest esse alicuius actus intelligere, cuius non sit actus intellectus: quia intelligere non est nisi in intellectu, sicut nec visio nisi in visu; unde nec visio potest esse alicuius, nisi illius cuius actus est visus.

[72] Secundo, quia actio moventis propria non attribuitur instrumento aut moto; sed magis e converso, actio instrumenti attribuitur principali moventi: non enim potest dici quod serra disponat de artificio; potest tamen dici quod artifex secat, quod est opus serrae. Propria autem operatio ipsius intellectus est intelligere; unde, dato etiam quod intelligere esset actio transiens in alterum sicut movere, non sequitur quod intelligere conveniret Socrati, si intellectus uniatur ei solum ut motor.

[73] Tertio, quia in his quorum actiones in alterum transeunt, opposito modo attribuuntur actiones moventibus et motis. Secundum aedificationem enim aedificator dicitur aedificare, aedificium vero aedificari. Si ergo intelligere esset actio in alterum transiens sicut movere; adhuc non esset dicendum quod Socrates intelligeret, ad hoc quod intellectus uniretur ei ut motor; sed magis quod intellectus intelligeret, et Socrates intelligeretur; aut forte quod intellectus intelligendo moveret Socratem, et Socrates moveretur <sup>62</sup>.

<sup>62</sup> STB insiste en estas mismas pruebas en la *Sum. Theol.*, I, q. 76, 1, s.; *Quaest. de Anima*, 2; *Com. De Anima*, III, 1, 7; *De spirit. creat.*, 2; *Comp. Theol.*, 85.

Algunos averroístas no temían admitir la consecuencia, y decir que propiamente los individuos no entienden, sino que el entendimiento único para todos los individuos es el que entiende. Sin embargo no era ésta la mente de Averroes, como lo atestigua *Siger de Brabarte*, *Quaest. De Anima*, III, 7: «Algunos pretenden evadir estas razones concediendo en cierta manera dichas conclusiones, y dicen que el entendimiento entiende propiamente y que el hombre no entiende: como el sentido propiamente no

mucho menos que Sócrates entiende; porque el entender es una acción que sólo se da en el entendimiento. También se pone aquí de manifiesto que es falso eso que dicen, que el entendimiento no es acto del cuerpo, sino el mismo entender. No se puede decir que el entender sea acto de aquello, cuyo acto no es el entendimiento, porque el entender no se da sino en el entendimiento, así como la visión no se da sino en la facultad visiva; de donde se sigue que la visión no puede ser sino de aquél que tiene como acto la facultad visiva.

[72] La segunda razón es, porque la acción propia del que mueve no se atribuye al instrumento o a lo movido, sino más bien lo contrario, es decir, la acción del instrumento se atribuye al principal motor, puesto que no se puede decir que es la sierra la que determina lo que se ha de hacer, pero sí puede decirse que el artífice corta, cosa que es obra de la sierra. La operación propia del entendimiento es entender, de donde se concluye que, aun concedido que el entender fuera acción transeúnte, como el mover, no se seguiría que el entender se puede atribuir a Sócrates, si sólo se uniera a él como un simple motor.

[73] La tercera razón es, porque en aquellas cosas, cuyas acciones son transeúntes, las acciones se atribuyen de una manera opuesta al que mueve y a lo movido. Y así, en cuestión de edificación se dice que el arquitecto edifica, y que el edificio es edificado. Por consiguiente, si el entender fuera una acción que pasa a otro sujeto, como el mover, aun entonces no debiera decirse que Sócrates entiende, si se pretende que el entendimiento se une a él como si fuera un motor, sino más bien que el entendimiento entiende y que Sócrates es entendido, o tal vez que el entendimiento entendiendo mueve a Sócrates, y que Sócrates es movido <sup>62</sup>.

entiende: por lo que dice el Comentador que el entendimiento se une a nosotros como las substancias que mueven los círculos [celestes] se unen a sus círculos. Pero al dar esta solución se contradicen a sí mismos, y no hay que disputar contra ellos; además no siguen la opinión del Comentador. Se contradicen a sí mismos, porque los tales conceden que los hombres perciben que la inteligencia está unida a ellos, y esto no pueden hacerlo sino entendiendo por medio del entendimiento... Asimismo no siguen la opinión del Comentador, porque, aunque el Comentador afirma que el entendimiento posible es substancia separada en su ser, sin embargo no dice que el entendimiento entiende, sino que los hombres entienden por el entendimiento».